

id tantum in pugna sua intendant, ut vel Christianos ab eorum tuentur incurfu, vel ipsos ad culturam possint christianae fidei provocare.

Elegantur & tunc Visitatores idonei, qui domos fratrum per anni circulum fideliter visitent; & qua ibi digna correctione invenerint, aut ipsi corrigant, aut ad generale capitulum ipsi deferant corrigenda.

Clerici praeterea vestri Ordinis per villas & oppida simul maneat, & Priori, qui super eos fuerit ordinatus, obedientes existant. Et filios fratrum, qui eis a Magistro fuerint commissi, instruant scientia literarum; fratribus etiam in vita quam in morte spiritualia subministrant. Induuntur autem superpellicis, & conventum & claustrum sub Priore suo tenebunt, & humiliter facient, quod ab ipso illis secundum Deum fuerit imperatum. Ubi fratres quoque, de quibus Magistro visum fuerit, convertentur, & non sint otiosi, sed vacent orationi & aliis operibus pietatis. Clericis vero de laboribus & aliis bonis, a Deo praestitis, decimae reddantur a fratribus, unde libros & congrua faciant Ecclesiarum ornamenta, & in necessitatibus corporum convenienter sibi provideant; nisi aliquid superaverit, secundum providentiam Magistrum in usus pauperum erogetur.

Ut autem concordia caritasque inter vos fervetur, & a peccato detractionis & murmurationis cuncti debeant abstinere; qui Commendator in quolibet loco fuerit constitutus, pro facultate domus in sanitate & egritudine, quodcumque opus fuerit, cum ea sollicitudine ac benevolentia subministrat, ut neque in substantia parcitatem, neque in verbo amaritudinem gerere videatur.

Sit vobis praecipua cura hospitum, & indigentium; & necessaria illis pro facultate domus liberaliter conferantur.

Exhibeatur Praelatis Ecclesiarum honor & reverentia. Subministretur Christi fidelibus Canonicis, Monachis, Templariis, Hospitalariis, aliisque in sanctae Religionis observantia positis, consilium & auxilium; quorumlibet & indigentia, si facultas fuerit, subleventur: ut Deus in vestris glorificetur operibus: & alii, qui viderint, humilitatis & charitatis vestrae provocentur odore.

Ad haec adjiciendum decernimus, ut si locus aliquis, in quo Episcopus esse debeat, in vestram venerit potestatem, sit ibi Episcopus, qui cum Ecclesiis & clero suo designatos sibi redditus & possessiones, & spiritualia jura percipiant. Reliqua vero cedant in usus vestros, & in vestra dispositione sine cujusquam contradictione persistant. Perfecto in parochialibus Ecclesiis, quas habetis, nolumus Episcopos suo jure fraudari. Si autem in locis desertis, aut in ipsis terris Sarracenorum de novo Ecclesias construxeritis, Ecclesia illa plena gaudeat libertate, nec aliqua per Episcopos decimarum, aut alterius rei exactio graventur. Liceatque vobis, per clericos vestros idoneos easdem Ecclesias cum suis plebibus gubernare, neque interdicto per Episcopos, vel excommunicationi subdantur: sed fas sit vobis, tam in majori Ecclesia, quae caput fuerit Ordinis, quam in illis aliis, excommunicatis & interdictis exclusis, divina semper officia celebrare.

Praeterea, ne humanis vexationibus & calumniis a defensione Christianorum retrahi valeatis, apostolica auctoritate decernimus, ne personas vestras praeter Legatum Apostolicae Sedis, a latere Romani Pontificis destinatum, interdicere quisquam & excommunicare praesumat. Quod etiam de familiis & ferventibus vestris statuimus, qui stipendia vestra percipiunt, donec justitiam parati sint exhibere; Nisi forte talis fuerit culpa, ex qua ipso facto ecclesiasticam censuram incurrant.

Christina vero, & Oleum sanctum, consecrationes Altarium seu Basilicarum, ordinationes Clericorum vestrorum, qui ad sacros Ordines fuerint promovendi, a Dioecetano suscipietis Episcopo, si quidem catholicus fuerit, & gratiam atque communionem Apostolicae Sedis habuerit, & ea gratis & absque ulla pravitae vobis debeat exhibere; Alioquin, liceat vobis, quem malueritis, Antistitem adire, qui nostra fultus auctoritate, quod postulat, indulgeat.

Liceat praeterea vobis, in locis vestris, ubi quatuor fratres vel plures fuerint, oratoria construere, in quibus fratres & familia vestra tantum & divinum audire officium, & christianam possint habere sepulturam. Ita enim volumus necessitati vestrae consulere, ut non debeant ex hoc adjacentes Ecclesiae injuriam sustinere.

Cum autem generale interdictum terra fuerit, liceat vobis, clausis januis, exclusis excommunicatis & interdictis, non pulsatis campanis, suppressa voce divina officia celebrare.

Nihilominus praesenti decreto sancimus, ut si quis in aliquem vestrum, fratrem videlicet vel sororem, violentas manus injecerit, excommunicationis sententia sit adstrictus. Et illud idem pro tutela vestra tam in sententia quam in poena fervetur, quod sub relicis memoriae Papa Innocentio praedecessore nostro de tuitione clericorum generali in concilio noscitur institutum.

Decernimus ergo, ut nulli hominum liceat, jura vel possessiones vestras temere perturbare, aut bona vestra auferre, vel ablata retinere, minuire, seu quibuslibet vexationibus fatigare; sed illibata omnia & integra conserventur, eorum, pro quorum gubernatione & sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura: salva Sedis Apostolicae auctoritate.

Ad indicium autem hujus a Sede Apostolica perceptae liberalitatis, decem malachinos nobis nostrisque successoribus annis singulis persolvatis.

Si qua igitur in futurum secularis ecclesiasticae persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contravenire tentaverit, secundo tertiove monita, nisi praesumptionem suam digna satisfactione revocaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & a sacratissimo Corpore ac Sanguine Dei & Domini nostri Redemptoris Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultionis subjaceat.

Cunctis autem vobis vestra jura servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quaenus & hic fructum bonae actionis percipiant, & apud districtum Judicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen.

EGO

De Visitatori, hic eorumque officio.

De Clericis, eorumque in fructibus.

De clemencia magis indigentibus per Magistrum provide subministranda.

De hospitalitate.

Exhortatio ad opera misericordiae erga proximum.

De Episcopis, quibus instrumdis, ubi prius Episcopi fuerant.

Ecclesiae Parochiales, quae a Militibus construi ceteri, ab Episcopi Ordinaris iurisdictione exiguatur.

Privilegium, ne a quocumque praeter Legatum Apostolicae Sedis possint excommunicari.

Dioecetano vero Episcopo in iis, quae dignitatis sunt omnino subiciantur.

Facultas construendi Oratoria ubi quatuor fratres fuerint.

Alia privilegia.

Immunitas ab exteriori quocumque molestia.

Census annuus Sedi Apostolicae persolvendus.

Solita exactiones.

EGO ALEXANDER Catholicae Ecclesiae Episcopus.



- & S. R. E. Ego Gualterius Alban. Episc.
Ego Joannes Presb. Card. SS. Joannis & Pauli tit. Pammachii.
Ego Joannes Presb. Cardinalis tit. Laurentii in Lucina.
Ego Boso Presb. Card. S. Pudencianae tit. Patris.
Ego Manfredus Presbyter Cardinalis tit. sanctae Ceciliae.
Ego Petrus Presb. Card. tit. S. Sabinae.
Ego Jacintus Diaconus Cardinalis sanctae Mariae de Cosmedin.
Ego Ardicio Diac. Card. S. Theodori.
Ego Cintius Diac. Card. S. Adriani.
Ego Vitellius Diaconus Cardinalis SS. Sergii, & Bacchi.
Ego Laborans Diacon. Card. sanctae Mariae in Porticu.
Ego Rainerus Diac. Card. sancti Gregorii ad Velabrum.
Ego Vivianus Diac. Card. S. Nicolai in Carcere Tulliano.
Dat. Ferentini per manum Gratiani S. Romanae Ecclesiae Subdiaconi & Notarii, III. Nonas Julii, Indict. VIII. Incar. Dom. anno MCLXXV. Pontificatus vero Domini Alexandri Papae III. anno XVI.

L X X X I.

Privilegium approbationis Archimandritatus Messanenensis.

Alexander Episcopus, Servus Servorum Dei, Onufrio Archimandrita S. Salvatoris Messanenensis, ejusque fratribus tam praesentibus quam futuris.

Postolicae Sedis, cui quamquam immeriti, providente Domino, praesidemus, auctoritate debitoque nostri officii compellimur, viros religiosos sincera charitate diligere; & ne cuiuslibet temeritatis incurfus aut eos a suo proposito revocet, aut robur, quod absit, sacrae religionis infringat, apostolico ipsos praesidio communitur. Eapropter, precibus carissimis in Christo filii nostri Guillelmi illustris Siciliae Regis, benignius inclinati, & vestris postulationibus favore gratuito annuentes, praesatum Monasterium, in

quo divino estis obsequio mancipati, sub B. Petri & nostra protectione suscipimus, & praesentis scripti privilegio communimus; In primis siquidem statuentes, ut Ordo monasticus, qui secundum Deum, & beati Basilii regulam, quae in eodem Monasterio antiquitus instituta esse dignoscitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter observetur. Praeterea quascumque possessiones, quaecumque bona, quascumque obedientias, & Abbatias, Rex Rugerius recol. mem. eidem Monasterio per privilegium suum, bulla aurea communitum, concessit, omnem quoque honorem, dignitatem, consuetudines, & quidquid aliud vobis vestrique successoribus contulit, sicut in privilegio suo plenius continetur, firma vobis vestrique successoribus & illibata permanent: In quibus haec propriis duximus exprimenda vocabulis. In supradictis siquidem Monasteriis omnibus debes tu, fili Archimandrita, ac tui post te successoribus, Abbates instituire consilio & consensu, qui in eis fuerint Monachorum. Et si quis Abbatum indignus fuerit Abbatia, cui praesert, tu illum & tui successoribus & iuste & canonicè amovere debetis, & alium substituere in loco ejus, quem dignum praevideritis, juxta Dei timorem & regulam Monasterii vestri. Liceat quoque vobis, in supradictis omnibus Monasteriis & Obedientiis examinare & judicare Abbates, Monachos, & laicos eorum, tam de spiritualibus quam temporalibus, & causas eorum iuste & canonicè definire. Ipsi vero tibi tuisque successoribus debent obedientiam & reverentiam debitam exhibere, tamquam Patri & Archimandrita eorum, & justitias vobis solvere constitutas. Ad haec quascumque possessiones, quaecumque bona, tam de piscationibus, olivetis, nemoribus, molenis, terris, vineis, cannetis, & pomariis, quam de hominibus quibuscumque aliis, idem Monasterium impraesentiarum ibi iuste & canonicè possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium, seu aliis modis, praesente Domino, poterit adipisci, ipsa vobis & ipsi Monasterio auctoritate apostolica confirmamus; eo tenore, quod Messanenfi Archiepiscopo & successoribus ejus tam tu, fili Archimandrita, quam successoribus tui, viginti solidos, centum libras cere, viginti incensi, & totidem cados olei, pro censu annuatim solvere debeatis. Sanè novallium vestrorum, quae propriis manibus aut sumptibus colitis, sive de quibuscumque aliis proventus vestris, vel de nutrimentis animalium vestrorum nullus a vobis vel ab hominibus vestris decimas exigere vel extorquere praesumat. Liceat quoque vobis, clericos vel laicos liberos & absolutos e saeculo fugientes ad Monasterium vestrum recipere, & eos absque contradictione aliqua retinere. Prohibemus insuper, ut nulli fratrum vestrorum post factam in Monasterio vestro professionem fas sit de eodem loco, nisi arctioris Religionis obtentu, absque Archimandrite sui licentia discedere; discedentem vero absque communium literarum cautione nullus audeat retinere. Prohibemus etiam, ut nullus ipsum Monasterium interdicere audeat, vel Monasteria aut Obedientias ejus, seu homines eorum. Libertates quoque & immunitates antiquas, & rationabiles consuetudines Monasterii vestri concessas, & haecenus observatas, ratas habemus, & eas perpetuis temporibus illibatas remaneant.

Monasterium Archimandrite sui protectione suscipitur. De monasterio instituta inibi servando.

Bona omnia, ac privilegia confirmantur.

Hic enumerat eorum possessiones.

Archimandrite super Abbates, & Monachos Monasteriorum sui subditorum.

Confirmatio honorum Monasterii Messanen. Civitatis Sarraco annuo censu Archiepiscopo persolvendo.

Immunitas a solutione novallium super novallis &c.

Privilegia, atque exemptiones novallium concevantur.

Archimandrita per Monachos eligendus.

Decretum immunitatis a quocumque externa molestia.

Solite conclusiones.

Dat. die 19. Octobris anno Domini 1175. Pontificatus anno XVII.

nere censemus. Obeunte vero te, nunc ejusdem loci Archimandrita, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet subreptionis astutia seu violentia preponatur, nisi quem fratres Monasterii communi consensu, vel fratrum major pars consilii sanioris, secundum Dei timorem, & Monasterii regulam de se ipsis providerint eligendum. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, prefatum Monasterium temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare; sed illibata omnia & integra conferventur, eorum, pro quorum gubernatione & sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura; salva Sedis Apostolicæ auctoritate, & Messanenſis Archiepiscopi, sicut supradictum est, annuo censu. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularive persona, presentis constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire temptaverit, secundo tertiove communita, nisi præsumptionem suam digna satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & a sacratissimo Corpore & Sanguine Dei & Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultionis subiacet; Cunctis autem eidem loco sua jura servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen. Amen. Amen.

Datum Anagninæ per manum Gratiani S. R. E. Subdiaconi & Notarii, XIV. Kalendas Novembris, Indiæ. IX. Incarnationis Dominicæ anno MCLXXV. Pontificatus vero Domni Alexandri Papæ III. anno XVII.

LXXXII.

Privilegium confirmationis bonorum, atque immunitatum Monasterii Vallis-umbrosæ.

Laudata inferius privilegia legi possunt suis locis.

Ex Tabulario Monast. hujus editi. Vg. In. Sac. T. III ubi de Fejulano Episcopo.

Exordium.

Monasterium sub protectione Sedis Apostolicæ recipiens.

Alexander Episcopus, Servus Servorum Dei, dilectis filiis, Jacobo Vallisumbrosano Abbati, ejusque fratribus tam presentibus quam futuris, regularem vitam professis, in perpetuum.

Desiderium, quod ad Religionis propositum, & animarum salutem pertinere dignoscitur, auctore Domino, sine aliqua est dilatione complendum. Quia igitur propositum vestrum, divina præeunte ac subsequente clementia, Religionis vestre simplicitas bonæ opinionis odore & propè & longè positis aspiravit, nos vestro propectu, annuente Domino, propectus adjungere cupientes, ad exemplar prædecessorum nostrorum felicitis memoriæ Paschalis, & Adriani, Romanorum Pontificum, Cenobium vestrum pro beatæ Mariæ semper Virginis reverentia, cui dicatum est, in Romanæ Ecclesiæ proprietatem, & tutelam atque protectionem Apostolicæ Sedis suscipimus, & apostolicæ illud auctoritatis privilegio munientes, ab omnium personarum jugo liberum permanere decernimus; In primis siquidem statu-

tes, ut Ordo Monasticus, qui ibidem secundum Deum, & beati Benedicti regulam noscitur institutus, perpetuis temporibus inviolabiliter observetur. Præterea quæcumque possessiones, quæcumque bona jam dictum Cenobium impræsentiarum justè & canonicè possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, præstante Domino, rationabiliter poterit adipisci, quieta vobis & integra conferventur; In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis: Monasterium S. Salvii, Monasterium sanctissimæ Trinitatis de Florentia, Monasterium Strumene, Monasterium de Oßola, & sancti Jacobi de Castello Monasterium, Monasterium Passiniani, & sancti Michaelis de Senis, & de Alpiano, Monasterium de Cultubono, de monte Pisis, Monasterium de monte Scalario, & de Nerano, Monasterium de Fivolo, Monasterium de Cappiano, Monasterium sancti Pauli Pisani, & sancti Michaelis de Plajano, & sancti Michaelis Salveneri in Sardinia, Monasterium sancti Angeli de Pistorio, Monasterium de Paviano, Monasterium sanctæ Mariæ de Prato, Monasterium de Vajano, Monast. de Opleto, Monasterium de monte Plano, Monasterium da fonte Thaonis, Monasterium de Muscete, Monasterium de monte Armato, Monasterium S. Cecilie, Monast. S. Reparata, Monasterium de Trecento, Monasterium de Crispino, Monasterium de Razolo, Monasterium de Bujo Cæsaris, Monasterium de Cuneo, Monasterium de Torri, Monasterium sanctæ Caprilia, Monasterium sancti Marci de Placentia, Monasterium sancti Benedicti de Herba amata, Monasterium sancti Prosperi de Rezio, Monasterium de Cavana, Monasterium sancti Mercurialis Foroliviensis, Monasterium de Novaria, Monasterium de Verceilis, Monasterium de Janua, Monasterium sancti Pauli de Terdona, Monasterium Brixienſe, Monasterium Veronense, Monasterium sancti Carophori, Monasterium Astense, Monasterium sancti Angeli Guimperiti, Christma verò, Oleum sanctum, consecrationes Altarium seu Basilicarum, & ordinationes Clericorum, liceat vobis a quocumque malueritis Episcopo Catholico, & Romanæ Ecclesiæ gratiam atque communionem obtinente, recipere, qui nostra fultus auctoritate, quæ postulantur, indulgeat. Sancimus insuper, ut nulli Episcopo fas sit, in vos excommunicationis vel interdicti sententiam promulgare, ut qui in speciales estis filios Apostolicæ Sedis assumpti, nullius alterius judicium temere subeatis. Nulli quoque liceat, aliquod vestre Religionis Monasterium a loci sui stabilitate revellere ac remove sine Abbatis & Congregationis communi consensu. Constituimus autem, ut omnium prædictorum Monasteriorum Caput, quod in Valle-umbrosâ situm est, Monasterium habeatur. Sanè cum terminus vite Pastori vestro divina dispositione contigerit, qui ejus loco substituendus fuerit, quia & vobis & aliis omnibus præesse debet, omnium, qui ceteris præsunt Monasteriis, consensu & judicio eligatur. Quod si fortè ex ipsis Abbatibus quilibet, Domino disponente, ad hoc generale regimen electus fuerit, ad vestrum principale Cenobium principaliter transeat, & ejus mox judicio, sicut in diebus venerandæ memoriæ Joannis

Bona omnia ei confirmat.

Nonnullas exemptiones concedit, atque immunitates.

Monasterium subiectorum Caput Vallisumbrosanum.

Abbas electionem per ceteros Monast. Abbates fieri præcipit.

Solite conclusiones.

Alexandri PP.

& S. R. E. Card. sub-ſcriptiones.

Dat. die 10. Aprilis anno Domini 1176. Pontificatus anno XVII.

Ex Archiv. Monast. hujus editi. Margar. in. sui Bullarii Part. I. Constit. XVII.

Exordium.

Bona, & jura, & Eccl. Monast. S. Mariæ de Florentia confirmat.

nis primi Abbatis vestri factum constat, cetera omnia unita vobis Monasteria disponantur. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, prefatum Cenobium temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, minuere, seu temerariis vexationibus fatigare; sed omnia & c. salva Sedis Apostolicæ auctoritate. Si qua igitur & c. Cunctis autem & c. EGO ALEXANDER Catholicæ Ecclesiæ Episcopus s. Ego Ubaldus Ostiensis Episc. s. Ego Bernardus Portuen. & sanctæ Rufinæ Episcopus s. Ego Joannes Presb. Card. SS. Joannis & Pauli tit. Pamnachi s. Ego Albertus Presb. Card. tit. S. Laurentii in Lucina s. Ego Guillelmus Presb. Card. tit. S. Petri ad Vinc. s. Ego Boso Presb. Card. S. Pudentianæ tit. Pastoris s. s. Ego Joannes Presb. Card. tit. S. Marci s. Ego Theodinus Presb. Card. S. Vitalis, tit. Vestinæ s. Ego Manfredus Presb. Card. tit. S. Cecilie s. Ego Petrus Presb. Card. tit. S. Sufannæ s. Ego Jacintus Diac. Card. S. Mariæ in Cosmedin s. Ego Cintius Diac. Card. S. Adriani s. Ego Ugo Diac. Card. S. Eustachii juxta Templum Agrippæ s. Ego Laborans Diac. Card. S. Mariæ in Porticu s. Ego Raynerius Diac. Card. S. Georgii ad Velum aureum s.

Datum Anagninæ per manum Gratiani S. R. E. Subdiaconi & Notarii, XII. Kal. Maii, Indiæ. IX. Incarnationis Domini anno MCLXXVI. Pontificatus vero D. Alexandri PP. anno XVII.

LXXXIII.

Bona & jura Monasterii S. Mariæ de Florentia Ord. Cassinen. confirmans, quamplurima ei privilegia, atque exemptiones concedit.

Alexander Episcopus, Servus Servorum Dei, dilectis filiis, Bernardo Abbati sanctæ Mariæ de Florentia, ejusque fratribus, tam presentibus quam futuris, regularem vitam professis, in perpetuum.

CUM omnium Ecclesiarum sit nobis, quamquam immeritis, cura commissa, & de omnibus teneamur generalem sollicitudinem gerere; illis propensius adeste noscuntur, quæ specialiter juris beati Petri esse noscuntur. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris justis postulationibus clementer annuimus, & Monasterium vestrum, quod specialiter juris & proprietatis Romanæ Ecclesiæ noscitur esse, sub B. Petri & nostra protectione suscipimus, & presentis scripti privilegio communimus; Statuentes, ut quæcumque possessiones, quæcumque bona idem Monasterium impræsentiarum justè & canonicè possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, præstante Domini

no, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus & illibata permaneant; In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis: Locum, in quo Monasterium ipsum situm est, cum pertinentiis suis, castrum de Signa, & tertiam partem castri de Grumulo cum Ecclesiis & pertinentiis eorum, curtem de Greve cum Ecclesiâ sancti Martini cæterisque possessionibus suis, Ecclesiâ sancti Bartholomæi cum curte & terra Berizonis & Azæ uxoris ejus de Radda: Insuper & terram ejusdem de Petrojo, seu in quibuscumque locis cum omnibus pertinentiis suis, castrum Radda cum curte & Ecclesiis & omnibus ad ea pertinentibus, castrum de Tignano tertiam partem cum Ecclesiis & pertinentiis suis, Ecclesiâ sancti Nicolai in campo Clarentis cum curte & Ecclesiis & omnibus pertinentiis suis, curtem Cacerini cum possessionibus suis, castrum Bibianum cum curte & Ecclesiis omnibus ad ea pertinentibus, Ecclesiâ sancti Martini in loco Confluenti cum pertinentiis suis, Ecclesiâ sancti Martini, quæ est infra Civitatem juxta prælibatum Monasterium, cum casis terris & omnibus pertinentiis suis, Ecclesiâ sancti Martini in Mensula cum omnibus pertinentiis suis, curtem montis Domini cum omnibus ad ea pertinentibus, curtem de Mandria cum pertinentiis suis, terram Joannis filii Teudii cum casis & reliquis possessionibus, sicut Maria & Donatus filius Monasterio contulerunt, casas & terras Joannis filii Boæ, Ecclesiâ sancti Proculi cum terris & domibus circa se, castrum Vicli cum curte Ecclesiis & omnibus pertinentiis suis; Præterea quicquid de donatione Bonifacii fratris Benedicti, quondam Abbatis vestri, legitime possidetis, & omnes decimas de Viclo, sicut eas de concessione venerabilis fratris nostri Florentini Episcopi, & decimam de allodio vestro, de Curte, de Casalia, de Fufci, & de Rochetta, sicut decimam ipsam de concessione Guidonis quondam Vulterrani Episcopi canonicè possidere noscimini, vobis & Monasterio vestro auctoritate apostolicâ confirmamus. Nihilominus etiam liberam institutionem personarum in Ecclesiis vestris, sicut eam prædecessores vestri & vos ipsi a quadraginta retro annis inconcussè habuisse noscimini, vobis duximus auctoritate apostolicâ confirmandum. Prohibemus insuper, ut nullus Episcopus, vel ministerialis ejus, Ecclesias vestras vel earum Clericos indebitis exactionibus seu molestiis audeat fatigare, aut in eos excommunicationis vel in vos seu Monasterium vestrum interdicti sententiam, sine mandato Romani Pontificis vel Legati ab ejus latere destinati, ferre præsumat. Sanè novallium vestrorum, quæ propriis manibus aut sumptibus colitis, sive de nutrimentis vestrorum animalium, decimas vel primitias a vobis vel a Monasterio vestro nullus præsumat exigere. Christma verò, Oleum sanctum, consecrationes Altarium seu Basilicarum, ordinationem Monachorum vel Clericorum, vestrorum, qui ad sacros Ordines fuerint promovendi, a Florentino recipietis Episcopo, si quidem Catholicus fuerit, & gratiam atque communionem Apostolicæ Sedis habuerit, & ea gratis & absque pravitate vobis voluerit exhibere; alioquin, quemcumque malueritis adeatis Antifilem, qui nostra fultus auctoritate, vobis quæ postulat, indulgeat. Sepulturam quoque ipsius loci liberam

Institutionem Cappellanorum in propriis liberè exercere concedit.

Ab Episcopo eam jurisdictione Clericos Ecclesiarum dicti Monast. declarat exemptos.

K k k

ram

Bull. Rom. Tom. II.